



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio trigesima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. I. Distinctio. XXX.

filius in actu spirandi, sed tres personæ nō dicuntur tres creatores, sed unus creator; ergo pater & filius nō debent dici duo spiratores, sed unus spirator.

2 Item si vnum relatiuum dicitur multipliciter ita & reliquum, sed spirator & spiratus dicuntur correlatiū, ergo si dicuntur plures spiratores, dicentur plures spirati: id itud non est verum, ergo nec illud.

3 IN CONTRARIUM est quod dicit Hilar. 2. de trin. cap. 2. Spiritum sanctum ab autoribus esse continentem est, & eadem ratione à spiratoribus. Nō enim est à patre & filio alia actione quā spiratione. Item quicunq; spirant sunt spiratores & spirantes (omne enim verbum resolutum in verbum substantiuum, & suum participium & nomen verbale) sed pater & filius spirant, ergo possunt dici spirantes & spiratores.

4 RESPONSO. Hæc questio non est de re, sed de modo loquendi. Et quia loquendū est vt plures, ideo quilibet modus dicendi cum probabilitate dictus tollendus est. Dicunt ergo quidā quidā pater & filius debet dici unus spirator, quorum motiuū est, quia hæc est differentia inter nomina adiectiuū & substantiuū, quia cùm nomen adiectiuū dicat rem suam in adiacentia ad alterum trahit numerum ab his quibus adiacet, esto quidā forma per ipsum importata non plurificatur, substantiuū autem quum nō dicat rem suam vt alteri adiacente, non trahit ab altero numerum nisi ex sola plurificatione forma importata per ipsum vt dictum fuit dist. 9. Ex hoc sic arguitur, substantiuū non plurificatur nisi forma vel res importata per ipsum plurificetur, sed spirator est substantiuū, & res importata per ipsum non plurificatur. Est enim rāntū unus actus spirandi quod nominaliter importatur per nomen spiratoris, ergo nullo modo possunt dici spiratores plures.

5 Secundum istum modum respondetur ad rationes in oppositum ad autoritatem Hilarii, quod Hilarius locutus est excessiū accipiens substantiuū pro adiectiuō. Ad aliud dicendum quidā quicunq; spirant sunt spirantes, non dicuntur tamen spiratores, licet enim verbum resolutum per suum participium & in nomen verbale, tamen in participium resolutum secundum eundem numerum, quia vtrung; tam verbum quām participium est adiectiuū, sed in nōmē verbale quando est substantiuū non oportet quidā resolutum secundum eundem numerum, nisi res importata per vtrung; plurificetur, quod nō est in proposto. Et ideo pater & filius dicuntur duo spirantes, non autem duo spiratores.

6 Alius modus dicendi est, quod pater & filius possunt dici duo spiratores. Et isti de modo prædicādi adiectiuōrum nominum dicuntur sicut alii. De substantiuō autē probabilitē distinguunt hoc modo, quod nomina substantiuā aut significant in abstracto aur in cōcreto. Si in abstracto tunc nunquā prædicantur pluraliter nisi res importata per ea plurificetur, quia talia rem suam importat absq; habitudine ad suppositū. Si in concreto, hoc potest est duplicitas, quia vel illud concretum est nomen substantiæ, vt homo, asinus & huiusmodi: & in his est idem quod in abstractis, quia in his forte suppositū importatum per concretum, & natura per abstractum, sunt idem. Et ideo vnum non dicitur pluraliter quin pluraliter dicatur reliqua, vnde nō sunt plures homines nisi sunt plures humanitates. Vel illud cōcretum est nomen actus, sicut nomen verbale, vt doct̄or, cursor, & similia. Et quia actus intelligitur vt egredens à supposito, ideo tale nōmen semper prædicatur de pluribus suppositis pluraliter, sicut verbum & suum participiū. Pro hac opinione est ratio & exemplum. Ratio, quia omne nōmē verbale degenerat in adiectiuū. Et ideo sequitur modū prædicandi adiectiuōrum. Quod autem degenerat in adiectiuū, patet, ex hoc quod verū substantiuā nunquam propriū fibi inūicem coniunguntur ex eadē parte enunciacionis sine coniunctione media. Nō enim bene dicitur Sortes Plato currunt, sed Sortes & Plato currunt. Et idem est in omnibus. Nomina autem adiectiuā absq; coniunctione addūtur substantiuis, vt dicendo Sortes musicus. Nunc autem nomina verba adduntur substantiuis verū sine coniunctione media, vt dicendo Petrus scriptor venit & inconsuenter valde interponeretur coniunctio dicendo Pe-

Questio III.

83

trus & scriptor venit, referendo ad idem suppositum. Et ideo nomina verba induunt modū adiectiuōrum. Et ideo non est mirum si semper de pluribus suppositis prædicetur pluraliter more adiectiuōrum. Exemplum est ad hoc, quia pluribus ducentibus naem vnum est actus quo naus dicitur scilicet motus eius, & tamen plures dicuntur esse duciōres sicut plures ducentes, ergo similiter pluribus spirantibus Spiritum sanctum licet sit tamen vnum actus quo spiratur, possunt tamen dici plures spirantes & plures spiratores.

7 Istud tamen non est omnino simile, quia licet sit rātum vnum motus naus, tamē virtutes pluriū ducentum naem sunt plures & non vna. In proposito autem non solum actus spirandi est vnum imo virtus spirativa in pluribus spirantibus est vna, propter quod magis possunt dici plures duciōres naus quia pater & filius possunt dici plures spiratores Spiritus sancti.

8 SECUNDVM hunc modum respondetur ad rationes in oppositū. Ad primam cum dicitur quod omnes personæ cōueniunt in vno actu creādi, ideo dicitur unus creator & non plures creatorē. Dicendum quid nō est omnino simile quod adducitur pro simili, quia si ponemus vnum suppositū absolutum in diuinis sicut ponunt Iudei & Gentiles adhuc ei cōpetere creare. Et ideo creātiō non solū egreditur ab omnibus personis vt sunt vni sed omnino videtur esse extra rationē actus creādi quod sit à pluribus personis, sed actus spirandi, licet sit à patre & filio vt sunt vnum in spirativa potentia, tamen necessario supponit pluralitatem illorum qua non posita nullō modo esset actus in diuinis vt probat̄ sicut supra, propter quod magis conuenit dicere quidā pater & filius sint plures spiratores quād quidā pater & filius & Spiritus sanctus sint plures creatorē.

d.ii. q.2.

9 Ad aliud dicendum quidā si vnum relatiuum dicitur multipliciter multiplicitate rationum specificarum oportet alterum multipliciter dici. Si autē vnum plurificetur secundum numerum solum non oportet alterum multiplicari similiter, vnum enim pater referunt ad multos filios. Similiter in proposito vnum spiritus potest referri ad plures spiratores, quia illa pluralitas est solum secundum numerum suppositorum, & non solum secundum diuersitatem specificam relationum, imo nec secundum numerum relationum, quia vna sola relatio est in patre & filio per quam referuntur ad Spiritum sanctum, sicut spiratores ad spiratum, ideo non valet.

DISTINCTIO XXX.

Sententia in generali & speciali.

SVNT enim quēdam, &c. Superius determinauit Magister quomodo diuinæ personæ sint principium creaturarum. Hic vero determinare intendit de his quē de Deo dicuntur ex tempore. Vnde ista pars diuiditur in duas. Primo determinat suum intentum. Secundō incidentia liter solvit quandam questionem superius dictam, ibi, potest hic solvi. Prima diuiditur in tres. Primo ostendit quēdam de Deo dici ex tempore. Secundō ostendit modū quo de Deo dicuntur. Tertiō declaratum includit. Secunda ibi, Quomodo ergo obtinebit. Tertia ibi, Ex his aperitō ostendit. Prima diuiditur in tres. Primo proponit intentum. Secundō circa hoc mouet obiectionē. Tertiō solvit. Secunda ibi, Sed hic aliquis diceret. Tertia ibi, ad duci potest. Hæc est sententia lectionis in generali.

2 IN SPECIALI verò sic procedit. Et proponit quidā quēdam temporaliter & relatiū, & secundum accidentē de Deo dicuntur non secundū accidentē quidā sit in Deo, sed quidā est in creaturis vt creator, refugium, dominus, & similia. Non enim Deus potest ab æterno esse dominus, quia seruū non semper habuit, sed caput habere ex tempore. Postea ostendit quidā non videntur ex quo tempore ceperit esse Deus, cum Deus sit dominus temporis quidā non esse caput in tempore nec ex tempore. Ad quidā respondet quidā dominus temporis caput est. Deus quidā caput tempus est, vnde sicut tempus non caput esse in tempore vel ex tempore, ita nec Deus dicitur dominus temporis vel in tempore vel ex tempore. Potest declarat modū qualiter ista de Deo dicuntur, & dicit quidā Deus

L 3 potest

Magistri Durandi de

potest ex noua relatione referri ad creaturā sine sui mutatione, quia ipsa relatio est realis in creatura, sed tātum appellatio relativa est in diuinis respectu creaturarū, & ponit exēplum, sicut nūnus sine sui mutatione fit p̄ficiū, ita Deus sine sui mutatione fit creator. Postea concludit propositum dicens, Ex dīctis manifestum est quod hāc quā dicuntur de Deo ex tempore dicuntur sine sui mutatione & sine aliquo accidente sibi adueniente & sine aliqua reali habitudine, vnde solum nōmen relatiū est. Vtēm soluit questionem quam suprā reliquerat insolam, scilicet quod modo Spiritus sanctus datus a se posuit referri ad se, & responder quod cum Spiritus sanctus dicitur datus vel missus a se relatiū dicitur ad eum cui datur, & etiā relatio secundum nōmen & nō secundum esse, sed sic est mutatio in illo cui datur nulla mutatione facta in dante. Et in hoc &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum aliquid dicatur de Deo ex tempore.

Tho. i. q. 13. art. 7.

Circa distinctionem istam queruntur duo. Primum est vtrum aliquid dicatur de Deo ex tempore. Et videretur quod non, quia voces sunt signa rerum, sed in Deo nihil est ex tempore, sed rotum ab ēterno, ergo nullum nōmen potest dici de Deo ex tempore.

2 Item de re temporali nihil potest dici ab ēterno, vt videretur, ergo de re ēterna nihil potest dici ex tempore, sed Deus est ēternus, ergo &c.

3 Item si aliquid diceretur de Deo ex tempore aut diceretur necessario aut contingenter, non necessario, quia quae necessario insunt semper insunt. Quae autē ex tempore insunt, nō semper insuerunt. Nec contingēt, quia quae contingenter insunt, insunt per accidens, in Deo autem nullum est accidens, quare &c.

4 IN CONTRARIUM est Aug. & Magister in litera.

R E S P O N S I O. eorum que prædicanter de aliis quoqā dicuntur absolute, quædam relatiū: Dicendum est, ergo quod nihil absolute dictum prædicatur de Deo ex tempore, sed aliqua que relatiū dicuntur, prædicantur de Deo ex tempore. Primum patet sic, omne quod dicitur de Deo absolute dicitur de Deo essentialiter, sicut homo de Sorte, & animal de hominē: Cuius ratio est, quia prædicta omnia diuina virtutum in substantiam excepta relatione secundum omnes doctores, sed prædicatum essentialiter semper dicitur de re (& ut dicatur: sine calunnia saltem re existente) ergo omnia absolute dicta de Deo semper & ab ēterno dicuntur de eo, ergo non ex tempore solum ut nūcloquimur. Item nullū absolute potest de nouo aduenire alicui sine eius mutatione, sed Deo repugnat omnis mutatio, ergo nihil absolutum potest deo conuenire de nouo sive ex tempore, minor patet de se, probatio maioris per Philofophum, s. phys. qui attribuit solum relationibus quod possint alicui aduenire de nouo nulla facta mutatione in ipso, absolute ergo nullo modo aduenient alicui de nouo, nisi per mutationem factam in ipso, mutatio autem non potest conuenire Deo, ergo &c. & sic patet primum.

5 Secundum patet sic. Omnis relatio vel relativa denominatio requirit duo extrema secundum rem vel secundum rationem, natura enim relatione est quod sit inter duo, vel accepta ut duo, ubi ergo alteri relatiuum competit solum referri ex tempore, oportet quod suo correlatio competit solum referri ex tempore. Alias est dare relationem quae nō habet nisi unum extrellum. Nunc est ita quod aliqua nomina relatione in importancia creatura ad Deum conuenient creatura ex tempore, vt esse faluum, esse creatum, ergo nomina prædictis correspondunt conuenient Deo solum ex tempore, vt esse dominum, esse creantem, & similia.

6 A D P R I M U M argumentum dicitur quod voces absolute significant res que sunt in Deo, vt bonus, sapiens, & huiusmodi, & tales non dicuntur deo ex tempore. Voces autem relativa non significant res in Deo existentes, sed habitudines eius ad creaturas, habitudines dico non rei, sed rationis, vt patet postea, & tales possent dici de Deo ex tempore, quia nō ponunt aliquid realē in ipso.

Sancto Porciano

8 Ad secundum dicendum quod de re temporali bene prædicatur vel potest aliquid prædicari ab ēterno, illud, scilicet, quod dicit relationem rationis, sicut est intellectum, vnde creatura fuit ab ēterno intellecta Deo: Similiter ea quae dicunt relationē rationis possunt ex tempore dici de Deo:

9 Ad tertium dicitur quod accidens dicitur duplicitate. Vno modo prout dicit naturā coniunctam substantiam, & sic nō hil dicitur de Deo per accidens. Alter modo dicitur accidens quod conuenit alicui per aliud: & hoc modo nihil prohibet quin deo conueniat per accidens, hoc est, per aliud aliquā habitudo rationis. Ex hoc enim quod deus intelligitur ut terminus habitudinis realis creaturā ad ipsum constituit secundum nostrum modum intelligentiā quādā habitudo saltem rationis Dei ad creaturā.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum in creaturis relatio differat realiter
a suo fundamento.

Non est specialis hec questione apud Thomam, sed tractatur in unius scilicet de omni relatione à Caietano. i. q. 28. art. 2.

Secundū queritur de realitate relationū quae dicuntur de Deo ex tempore. Et queritur primum vtrum in creaturis relatio differat realiter a suo fundamento, & secundū queritur, vtrum relationes Dei ad creaturas quae conueniunt ei ex tempore sint reales. Ad primum sic procedit. Er agitur quod relatio non sit alia res a suo fundamento sic. Quæcunque differunt realiter in eodem supposito faciunt compositionem, sed relatio cum suo fundamento non facit compositionem, ergo non differt realiter a suo fundamento, maior videretur manifesta, quia rei ad rem videretur esse realis compositio. Minor similiter patet, quia album simile alteri albo nō est cōpositus quam si album esset solum.

2 Item illud quod aduenit alicui de nouo sine eius mutatione nō differt ab eo realiter, sed relatio aduenit suo fundamento sine eius mutatione, vt dicuntur, phys. ergo nō est alia res, maior probatur, quia noua res nō potest aduenire alicui nisi per nouam actionē, noua autem actionē facit nouam mutationem circa subiectum, quare &c.

3 IN CONTRARIUM arguitur sic, que differunt primis differunt realis sunt diuersae res, sed fundamentū & relatio differunt primis differentiis entis, scilicet per absolutum & respectum, ergo sunt res diuersae.

4 R E S P O N S I O. Circa questionem istam procedetur sic, quia primum ponentur aliorum opiniones. Secundū dō declarabitur veritas questionis.

5 Q V A N T U M ad primum sunt duas rationes. Una est quod relatio & suum fundamentū differunt realiter, sicut diuersae res facientes veram compositionem in suo fundamento relato, ita quod similitudo fundatur in albedine, facit compositionem cum ea in ipso simili, quod sunt diuersae res probatur tripliciter. Primum sic, Diuisio entis extra animā est in diuersas res extra animā, sed diuisio entis in substantiam, quantitatē, qualitatē, relationē, et huiusmodi ut patet in 6. & 7. metaphy. ergo relatio dicit diuersam rem à quantitate & qualitate in quibus fundatur. Secundū sic, relatio circumscribitur fundamento, et aut ergo est ens realē aut non, si sic haberet proprietatem, scilicet quod dicit aliam realitatem a fundamento, si non tunc relatio circumscribitur fundamento est nihil vel ens rationis, sed in nullum illorum diuinitur ens realē, ergo ens realē non diuidetur in relationem & alia prædicamenta quod est falsum. Tertiū sic, nulla res accidit sibi ipsi, sed relatio accidit suo fundamento, alioquin fundamentū non posset esse sine relatione, puta albedo sine similitudine, quod falsum est, ergo relatio est alia res a fundamento.

6 Quod autem illa duo faciant compositionem in realitate, probatur sic, Diuersae essentiæ vel quæcunque diuersae res, non possunt facere unum nisi per compositionem, sed relatio & fundamentū suum sunt diuersae essentiæ, vel saltem diuersae res, ergo faciunt compositionem in subiecto. Addunt tamen ita quod relatio potest alicui aduenire de nouo nulla facta mutatione in ipso secundum aliquid absolutum, sed solum in alio, vt patet de albo. Si enim sit solum ad nihil refertur relatione similitudinis, si autem de nouo aliud fiat album, ipsum quidem tabi

tabitur secundum duo, scilicet secundum albedinem, & secundum similitudinem, sed primum album mutabitur solum secundum vnum, scilicet secundum similitudinem acquirendo respectum reatum, quem prius non habebat: Et hoc videtur innovere Simplicius super librum praedicatorum, ubi dicit quod illud quod est ad alterum est quodammodo in diuersis, vel diuersa exigit. Et ideo generatio & corruptio illorum adhaeret illis ad quae aliquo modo se habent: Et quanvis ipsa secundum se nihil patiuntur, aliis tamen mutatis conmutantur. Est ergo intentio istorum, quod relatio differt realiter a suo fundamento, & facit cum eo compositionem, & nihilominus potest alium aduenire ex alterius mutatione.

7 Itam opinionem non credo esse veram, maximè quam cum ad hoc quod dicitur quod relatio facit compositionem cum suo fundamento, & quod potest aduenire aliqui ex alterius mutatione, quod patet sic, quia si relatio (faciens compositionem cum suo fundamento secundum istos) potest aduenire aliqui ex alterius mutatione, aut hoc est ut ex sola alterius mutatione, aut cum mutatione illius cui aduenit noua relatio. Non ex sola mutatione alterius propter duo. Primum est quod sicut distinctori suppositori sunt distinctae actiones, ita & distinctae passiones, seu receptiones, sed duo supposita distincta sic habent distinctas actiones, quod ex actione unius aliud nullo modo est agens secundum aliquid absolutum, vel secundum aliquid respectuum, ergo similiter ex hoc quod patitur, recipit vel mutatur, aliud nullo modo recipit aliquid absolutum vel relatum, vel qualitercumque patitur seu mutatur. Secundum est, quod omne illud quod se habet alter nunc quam prius est verè mutatum in se, sed omne quod recipit aliud realiter a se differens, & faciens cum eo compositionem se habet alter nunc quam prius, ergo vere est mutatum in se, & non solum alterum, major patet ex distinctione mutationis, quia mutatione est per quam aliquid se habet nunc alter quam prius, minor patet ex ipsa ratione terminorum, quia quod est prius simplex, & deinde cum altero compositum se habet nunc alter quam prius. Item nec ex mutatione alterius cum mutatione illius quod recipit relationem propter duo. Primum est, quia si sit aliqua mutatione per quam aliquid sit album, & per quam aliquid existens prius album sit ei simile recipiendo relationem similitudinis, tunc ista secunda actio terminatur per se & immediate ad relationem, quod est contra Philosophum, Physic. Secundum est, quod agens & passum oportet prius esse approximata saltem ordine naturae quam vnum agat in alterum. Sed agens quod facit aliquid album ultra mare nullo modo est approximatum albo prius existente circa mare, ergo satis mirum est, non improbat dicere, quod tale agens aliquam actionem habeat circa tale passum imprimitudo aliquid non solum faciens compositionem cum eo, sed qualitercumque realiter diuersum.

8 Item si relatio similitudinis faciet compositionem in albo respectu alterius albi eadem ratione, relatio distincti similitudinis eiusdem albi ad nigrum faciet compositionem cum eodem, & relatio eius ad tuam causam similiter faciat nouam compositionem cum eo & relatio eius ad vitrum ut agens ad passum, & sic de quasi infinitis relationibus, quae possunt in eodem fundari, quod videtur magnum inconveniens, quare &c. Ad rationes istius opinio nis patebit solutio inferius.

9 Alia opinio est, quod relatio differt a suo fundamento realiter, & tamen non facit compositionem cum ipso, quia illud per quod relatio differt a suo fundamento nihil ponit in eode subiecto cum fundamento, quod declarat sic, relatio enim, ut dicunt, importat duo, vnam in recto quod ponit in subiecto, & aliud in obliquo, scilicet terminum ad quem. Verbi gratia paternitas quae est relatio patris ad filium importat aliquid in recto quod est in patre subiectu: importat etiam filium ut terminum ad quem est. Et vtrumque est de ratione relationis, quod enim illud quod ponit in subiecto quod refertur per eam fit de ratione eius patet, quia sicut qualitas est formaliter quae quales dicimus, ita relatio est qua habens eam formaliter refertur, sed hoc non esset nisi includeret in sua ratione illud quod ponit in subiecto quod refertur, quare &c. Quod autem includatur in sua ratione terminum patet duplum.

quia illud quo remoto relatio non remanet, nec in re, nec in intellectu includitur in ratione relationis, sed terminus est huiusmodi, ex quo &c. ma. patet, quia vnumquodque potest sicut manere in intellectu sine eo quod non est de ratione eius. Etiam minor patet quia ablato termino ad quem relatio non manet nec in re nec in intellectu quare &c. Secundum quia relatio non consistit in ad aliquid aliud se habere, sed illud aliquid ad quod se habet est terminus ad quem, ergo &c. Dicit ergo ista positio quod relatio quantum ad hoc quod dicit in recto, & ponit in suo subiecto non dicit aliam rem a suo fundamento sed dicit candide rem tamem sub alia ratione. Sed quantum ad terminum ad quem est, dicit aliam rem a suo fundamento & per consequens relatio non facit compositionem cum fundamento suo, quia non includit aliam rem nisi terminum ad quem est in eodem subiecto cum fundamento. Et ista probantur ratione vnaqua talis est. Relatio non differt a suo fundamento nisi per terminum ad quem, quem importat, sed relatio non ponit terminum ad quem in suo subiecto in quo est suum fundamentum, ergo relatio non ponit aliquid diuersum in suo subiecto a suo fundamento. Major patet, quia relatio non differt a suo fundamento nisi per illud per quod differt ab absoluto, sed relatio non differt ab absoluto nisi per hos quod importat terminum ad quem, ergo &c. Differt ergo relatio a suo fundamento realiter, quia includit terminum ad quem, quem non includit fundamento, sed non facit compositionem cum eo, quia non ponit terminum in eodem subiecto cum fundamento, nec aliquam aliam realiter, & vt sic non differt a suo fundamento, sed solum ratione termini ad quem.

10 Contra positionem istam arguitur duplum. Primum quia non videtur ire ad intellectu questionis, quia questionis est de reali difference vel reali identitate relationis, & sui fundamenti quae est questionis metaphysica, & non de difference nominum quae est questionis grammaticalis, sed res absoluta vel relatio in suo esse reali non habet rectum vel obliquum, sed solum voces significativaes que pertinent ad grammaticam, ergo ad questionem de identitate vel diuersitate rerum secundum suam realitatem non est respondendum per distinctionem inter rectum & obliquum.

11 Secundum argumentum ad rem dimittendo nomina sic, aut relatio est aliqua realis entitas, aut nulla, si nulla non est praedicamentum, quia secundum istos ens reale dividitur in decem praedicamenta tanquam in decem realitates. Si vero sit aliqua realitas aut est realitas sui fundamenti praecise, aut sui termini praecise; aut realitas verius, & formaliter & quidditative, aut est habitudo metaphysica differens ab vitro realiter. Si primus dicatur scilicet quod relatio sit praecise realitas fundamenti sequuntur duo inconvenientia contra eos. Primum est quod relatio non erit essentialiter respectus, quia illud quod est essentialiter absolute non est essentialiter respectus, sed si relatio sit praecise realitas sui fundamenti, ipsa est praecise, & formaliter & essentialiter absolutum quoddam sicut & suum fundamentum, ergo ipsa non erit essentialiter & formaliter respectus, quod videtur magnum inconveniens & contra distinctionem eius esse, quia relationis ratio est esse ad aliud, ratio autem absolute non est esse ad aliud, sed ad se. Secundum est, quia si relatio est esse praecise idem quod suum fundamentum, sequitur quod ipsa & suum fundamentum sint formaliter vnum praedicatum, quod similiter est inconveniens.

12 Si dicatur quod non immo essent diuersa praedicata ratione connotari quia relatio connotat terminum ad quem, quem non connotat fundamentum. Contra, quia licet non men similitudinis connotet aliquid in Sorte quod non connotat nomen albedinis tamē si eadem res est praecise & formaliter albedo & similitudo impossibile est quod illa vna res connotet terminum & sic sit relatio, & non connotet & sic sit fundamentum, quia impossibile est quod eidem rei respectu eiusdem conueniant simul connotare vel exigere aliquid, & non connotare & non exigere illud nisi eidem rei respectu eiusdem conueniant contradictoria realiter quod est impossibile. Et confirmatur, quia eidem nomine non potest conuenire simul connotare aliquid & non connotare significativa, ergo eidem rei non potest conuenire simul connotare, vel exigere aliquam rem & non connotare.

Magistri Durandi de

vel exigere eandem realiter. Et quod dicunt aliqui quod ex parte rei est ista connotatio, quia aliud est existere secundum se, & aliud coexistere alteri, & ex parte rei aliud requiritur ad verificandum aliquid coexistere alteri quod non requiritur ad verificandum ipsum existere in se. Non valer quis licet nomine coexistentiae, cōnotat aliquid quod non connotat nomen existentiae, & aliquid requirit ut verificetur de aliquo quod non requirit nomen existentiae; tamen impossibile est quod illud quod est realis essentia aliquius praeſe connotet vel requirat realiter aliquid & non cōnotet vel requirat realiter illud id, propter quod si albedo Sortis & eius similitudo sunt praeſe & formaliter eadem realitas, impossibile est quod illa res cōnotet aliquid & non cōnotet illud quanvis ad verificandum unum nomen puta nomen similitudinis de Sorte aliquod requiratur sibi coexistentis quod non requiritur ad verificandum albedinem de ipso, quia unum nomen sumitur ex conceptu vnius rei praeſe, scilicet nomen albedinis aliud autem sumitur ex conceptu duarum scilicet, nomen similitudinis ut infra patet. Nos autē dicimus est, querimus de rebus & non de nominibus. Si autem detur tertium membrum, scilicet quod relatio sit praeſe realitas sui termini, sequuntur eadē inconvenientia quia dicta sunt, & per eadē rationes, & adhuc quedam magna absurditas, scilicet quod realitas relationis posit est distincta secundum suppositū à realitate sui fundamenti, quia terminus relationis frequenter est in alio supposito quā sit fundamentum, sed quia non credo quod aliquis hoc sentiat, ideo non plus dico de hoc. Si autem detur tertium membrum, scilicet quod realitas relationis sit realitas virtus, fundamen*tum* scilicet & termini, formaliter & quidditatiue adhuc sequuntur eadē inconvenientia quia prius, & post sunt eodem modo deduci, & praeferre hoc sequitur aliud inconveniens satis absurdum, scilicet quod similitudo Platonis ad Sortem sit aquæ formaliter albedo Sortis, sicut albedo Platonis & econverso, quia similitudo sortis ad Platonem aquæ essentialiter includit albedinem virtutis; & per consequens similitudo Sortis ad Platonem, & Platonis ad Sortem esset una numero tantum, quia quilibet includeret eadē partes numero essentialem. Et aequaliter, & iterum nulla relatio esset aliquid unum, sed formaliter plura, quæ sunt adeo inconveniens quod non credo aliquem intelligentem hoc sentire, relinquetur ergo quod ex quo realitas relationis non est praeſe realitas sui fundamenti, nec praeſe realitas extrema, nec realitas virtutis simul formaliter & quidditatiue quod ipsa sit realitas habitudinis medie realiter differens ab vero quod vel ipsa non est aliqua realitas secundum se.

13. Ad rationem eorum dicendum est per interemptionem maioris, quod relatio si sit aliqua realitas differt à suo fundamento per aliud quam per terminum ad quem. Et cum probatur quod relatio non differt à suo fundamento nisi per illud per quod differt ab absoluto, verum est, & cum dicitur in minore, quod relatio non differt ab absolu*t*o, nisi per hoc quod importat terminum ad quem, falsum est, immo differt primo & per se, per hoc quod est essentia realiter quidam respectus vnius ad alterum. Per hoc enim quod importat solum terminum ad quem non posset differre ab absoluto, quoniam vtrumque sit absolute, nisi forte sicut differunt duo absoluta ab uno absoluto, quia differunt non quareamus. Et iterum nihil differt ab altero realiter & quidditatiue & formaliter per illud quod est extrinsecum a una formali & reali quidditate, sed extre*mum* quod relatio connotat in obliquo secundum istos non est intrinsecum de reali & formali quidditate relationis, sed se habet omnino extrinsecum etiam secundum dictum eorum, dicunt enim quod sicut qualitas est qua formaliter qualis dicimus, ita relatio est secundum quā subjectum habens eam formaliter refertur. Et ideo sicut tota essentia & formalis quidditas qualitatis est in eo quod per ipsam denominatur qualis, ita tota essentia & formalis quidditas relationis est in subiecto relato quod per eam formaliter refertur.

14. Dicendum est ergo aliter, quod relatio dicitur duplitter. Vno modo pro respectu reali existente in rerū natura consequente ad suum fundamentum per se vel accidentaliter, per se sicut esse in alio sequitur ad naturā acci-

Sancto Porciano

dents accidentaliter sicut tangi vel tangere accidentaliter aduenit corporibus se tangētibus. Alio modo relatio accipitur praedicaliter, & sic quantum est de necessitate praedicamenti relationis non dicit respectum realis, sed denominationē realis, ut infra patet. Si ergo primo modo accipitur relatio, dicendum quod talis relatio in creaturis realiter differt à suo fundamento, nō facit tamen compositionē cum ipso, quod differat realiter, probatur sic, sicut se habent modi essendi in se, & in alio ad ea in quibus fundantur, ita se habet modus essendi ad aliud ad illud in quo fundatur, sed modus essendi in se, & modus essendi in alio differunt realiter ab illis in quibus fundantur, ergo similiter modus essendi ad aliud quod est ipse respectus realiter differt realiter à suo fundamento, maior de se patet, sed minor probatur sic, illa que sic se habent quod vnit possunt separari sic, & vnum remaneat in integratō natura sua sine alio, differunt realiter. Si tamen vtrumque sit res, sed esse in se, vel per se, & esse in alio, & ea in quibus habent fundari sunt huiusmodi, sicut datur enim modus essendi in se vel per se in substantia completa & modus essendi in alio in forma inharente vt est accidentis. Videmus autē quod vtrumque natura remaneat in integratō sua absq; tali modo sicut natura humana in Christo non per se existit, & accidentia in sacramenta non per se existunt in alio, saltem quantitas, ergo tales modi essendi differunt realiter ab eis in quibus fundantur. Et haec fuit minor, sequitur conclusio.

15. Secundum patet, scilicet quod non faciat compositionē cum fundamento, & hoc similiter medio vt prius, quia sicut se habet esse in alio ad id in quo fundatur, sic se habet esse ad aliud ad suum fundatum, sed esse in alio nō facit compositionē cum eo in quo fundatur, ergo nec esse ad aliud, maior patet de se, minor probatur, quia omnes quod componitur ex aliis cōponentibus se habent ad illa sicut totum ad partes. Partium autē quedam sunt quantitatū, quarū vna non est in alia, sed iuxta alia positione differunt. Alia vero se habent vt materia & forma substantialis, vel vt subiectū & forma accidentalis. Cōstat autem quod est in alio & accidentis inharente in quo fundatur puta qualitas vel quantitas nō faciunt vnum compositionē, tanquam partes quantitatū positione differentes. Item nec vt materia seu subiectū & forma faciunt vnum compositionē, quatenus vnum est in alio informatum vel inharente. Ad cuius probationē p̄t intelligendū est, quod res dicunt analogiē de re absoluta et de respectu, sed per prius & simpliciter de re absoluta. Per posterius autē & secundum quid de respectu qui non est res, nisi quia est realis modus essendi. Vnde habet minimum de entitate, quia est solum modus entitatis, & non est entitas habens modum, sed modus tantum: res ergo dicitur per se & simpliciter qualis est absolute cum omnī p̄ absolute facit compositionē, sed illud quod dicitur secundum res, & secundum quid cum nullam facit compositionē, nec cum absoluto, nec cum relato, & hoc potest probari sic, si relatio vel quicunque respectus & fundamentum eius faciat compositionē hoc effet, quia vnum effet in quo aliud, & alterum effet quod in alio. Vel vt clarissim dicatur vnum effet quod inharet (scilicet respectus) & aliud cui inharet, scilicet fundamentum, sed illud non potest esse, quia illud quod est in alio, vt ei inharentis est res habens modum, & non est modus solum: Ex quo enim est res & saltem larga. Et quia est in alio inharenter modum habet essendi, sed respectus est modus solum, & nō res modum habens vt dictum est, ergo ei non competit esse in alio modo quo ex talibus sit compositionē.

16. Et videtur mihi, saluo meliori iudicio, quod sunt res per se subiectus est res absolute habens modum talem essendi ex sua independētia, ita res alteri inharentis est res absolute habens modum talem essendi ex sua dependētia. Vnde prius est negādū, quia nihil effet quod effet essentia & formalis quidditas qualitatis est in eo quod per ipsam denominatur qualis, ita tota essentia & formalis quidditas relationis est in subiecto relato quod est purē & essentia & formaliter respectus effet in alio subiectū inharenter. Sic igitur patet quod relatio vel quicunque respectus, qui est realis & actiualis dependētia vel coexistētia alterius differt realiter à suo fundamento, & tamen non facit compositionē cum eo: Et idem est de omnī eo quod est solus modus essendi.

17. Si

Lib. I. Distinctio. XXX.

^{f. 17. 7. q. 2} 17 Si autem accipiat res pectus solum pro eo quod sufficit ad relationem praedicamentalem seu ad praedicamen- tum relationis sicut videtur Philo. accipere. s. Metaph. & in praedicamentis, ubi dicit quod album refertur ad aliud album. Et vnum quantum ad aliud quantum secundum similitudinem, & qualitatem, & in aequalitatem. Sie ergo dicendum est quod talis relatio non differt realiter a fundamento, & per consequens non semper facit compositionem cum eo, quia talis relatio non semper est aliquid in rerum natura quod sit essentialiter respectus, sed est sola denominatio respectus alicuius subiecti ex natura plurius. Verbi gratia, Sortes dicitur similis Platoni & econverso, non quod illa similitudo sit aliquid quod sit essentialiter respectus. Sed sic denominatur ex hoc, quod habet albedinem in se, & aliud habet albedinem sicut ipse. Nam si Sortes denominaretur a sola albedine quae est in ipso, alio existente vel non existente albo non diceretur similis, sed albus tantum. Sed cum dicitur similis, illa denominatio conurgit non solum ex albedine qua est in ipso, sed ex albedine qua est in alio. Unde cum dicitur quod Sortes est similis Platoni non est aliud dictum, nisi quod Sortes habet albedinem sicut Plato habet eam. Et idem dico de aequalitate & in aequalitate sua modo. Et forte hoc intellexerunt illi de secunda opinione, qui dicunt quod relatio importat vnum in recto & aliud in obliquo, quia aliud pertinet ad solam denominationem sumptam ex diversis rebus non constitutam per actum intellectus. Et si sic intellexerunt, non video quod in hoc male dicant quod ad relationes praedictas que fundantur super quantitatem & qualitatem. Sed quod idem dicant de omni relatione vel respectu non puto esse verum propter ea quae tam dicta sunt, & alias quae interius dicuntur.

18 Contra hanc opinionem quatenus dicit relativaus denominations non esse reales respectus in rerum natura, & tamē pertinere ad praedicamenta relationis sunt ratios primi opinionis supra positae. Et ideo respondentum est ad eas. Ad primam cōcedendo maiorem, quod diuisio entis extra animam est in diversis res. Ad minorem cum dicitur quod ens extra animam dividitur in substantiam, quantitatem, qualitatem, & relationem, &c.

19 Ad hoc dicunt alii de secunda opinione concedendo quod relatio differt realiter a tribus primis praedicamentis, quia præter fundamentum importat terminum in obliquo. Sed illud non videtur bene dictum, quia nihil differt a praedicamento quoconque per hoc quod includit rem illius praedicamenti, sed per hoc potius conuenit, sed extre-
mum qualitatis vel similitudinis est res eiusdem praedicamenti cum fundamento: est enim quedam quantitas vel qualitas sicut fundamentum, ergo relatio talis non differt a praedicamento quantitatis vel qualitatis ratione extremi plusq; ratione fundamenti, sed si importat fundatum solum simpliciter pertinet ad praedicamenta quantitatis vel qualitatis, ergo quia cum fundamento importat extre-
mum quod est eiusdem praedicamenti dupliciter pertinet ad illud praedicamentum.

20 Et ideo dicendum est alterius, quod diuisio entis extra animam non est in decem praedicamenta secundum for males eorum rationes quia nullum praedicamentum in se confitetur, vel ab alio distinguitur, nisi concurreat operatione intellectus. Praedicamentum enim quodlibet in se continet ordinem praedicabilium secundum sub & supra sub ratione speciei, generis, & differentie, que non posunt esse sine operatione intellectus, distinguitur etiam vnum praedicamentum ab alio secundum figuram praedicationis ut patet ex s. Metaph. cap. de vno. Vbi dicitur quod ea dem genere sunt, quorum est eadem figura praedicationis. Et loquitur de genere praedicamentali, modus autem praedicandi supponit actum intelligendi, ergo ens extra animam non distinguitur in decem praedicamenta secundum formales rationes eorum, quibus constituantur & distinguuntur, sed dividitur ens extra animam in decem praedicamenta, quoad res que præstant sufficiens fundamentum ex modis praedicandi, ut sit realis praedicatione, & non ficta. Et quia aliqua res secundum se accepta cum alia potest variare figuram praedicationis multis modis, ideo non oportet quod semper plurifcentur res extra animam secundum plurificationem praedicamentorum seu modorum praedicar-

Quæstio IIII.

83

di, nec oportet quod semper illud quod importatur formaliter praedicatione, sit aliquid realiter distinctum ab aliis omnibus rebus diuisum vel cōtūctum acceptis, sicut dictum est de qualitate & similitudine.

21 Ad secundum patet per idem quod relatio quae est essentialiter & realiter respectus differt realiter a fundamento, relatio vero quae est sola realis denominatio respectus differt a fundamento, quia sumitur non solum ab ipso secundum se, sed etiā hoc ab extremo, nec illud quod importatur per talen denominationem est nihil, vel ens rationis, sed vera res sumpta cum alia, sicut Sortes dicitur similis Platoni, quia habet albedinem sicut Plato.

22 Ad tertium dicendum quod relatio quae est respectus realis accidit fundamento, ut aliquid realiter diuersum ab eo, relatio autem quae est denominatio respectus accidit fundamento, quia sumitur non solum ab ipso, sed ab extremo, quod non requiritur ad esse fundatum secundum se, & sic patet quater se habet fundatum & relatio in creaturis.

23 A D R A T I O N E S principales respondendum est ad primam, quam dicitur quod quæcumque differunt realiter in eodem supposito faciunt compositionem, dicendum quod verum est si utrumque sit absolutum. Si autem vnu sit absolutum, & aliud si solus respectus vel denominatio respectus sumpta ex pluribus talia non faciunt compositionem sicut declaratum fuit: & sic est in proposito de fundamento & relatione.

24 Ad secundum dicendum est quod realis respectus extrinsecus adueniens bene potest aduenire alicuius sine eius mutatione, & tamen est alia res ab suo fundamento sicut modus rei est alia res ab eo cuius est modus. Et cum dicitur quod noua res non potest aduenire alicuius sine eius mutatione nisi per nouam actionem, verum est de re absoluta, de respectu autem maximè extrinsecus adueniente non est vere, vel de respectu denominationis.

25 A D A R G U M E N T U M alterius partis dicendum est quod fundatum & respectus realis differunt primis differentiis entis modo quo dictum fuit prius, sed denominatio respectus non differt a suo fundamento de recte, per differentias entis. Sed quia est nomen sumptum non solum a fundamento suo, sed etiam a termino. Et ideo non differt a fundamento realiter, sed solum est non solum sumptum ex pluribus.

Q VÆSTIO TERTIA.
Vtrum relations quæ dicuntur de deo ex tempore sint reales.

D EINDE queritur utrum relations quæ dicuntur de Deo ex tempore sint reales. Et videtur quod sic, quia illud quod est secundum rationem tantum, non manet cœfante intellectu formante rationem, sed cessante omni intellectu ratio incipiente adhuc Deus est Dominus & creator, & tamen haec dicuntur de Deo relationes ex tempore, ergo &c.

2 Item relations quæ habent reale fundatum, & reale extreum sunt relations reales, sed relations quæbus Deus referuntur ad creaturam ex tempore sunt huiusmodi, habent enim reale extreum, scilicet creaturam, & reale fundatum, diuinum enim fundatur super potestatem diuinam. Et creator super actionem, ergo &c.

3 Item quod relatio dei ad creaturam ex tempore non est realis, hoc est vel ad vitandum mutationem, vel ad vitandum compositionem, non ad vitandum mutationem, quia secundum Philos. Physic. relatio realis aduenit alicuius de novo sine eius mutatione, nec ad vitandum compositionem, quia nihil potest de novo esse compositum nisi per mutationem factam circa ipsum. Tale enim habet se nūc aliter quam prius. & hoc est mutatum esse. Cum ergo realis relatio adueniat sine mutatione ut dictum est, patet quod ipsa non facit cum eo cui aduenit compositionem, quare, &c.

4 IN CONTRARIUM est, quia nihil est in Deo realiter quod non sit aeternum, sed tales relations non sunt aeternae, sed ex tempore, ergo non sunt realiter in Deo. Ad idem est quod dicit Aug. & Magister in litera, quod tales relations sunt tantum appellations relationum.

L 5 R 5

Magistri Durandi de

RESPONSI. Hic sunt duo videnda. Primum est, unde habeat relatio quod sit realis. Secundum est illud quod queritur principaliter scilicet utrum relationes que dicuntur deo ex tempore sint reales.

7 Q U A N T U M ad primum dicunt quidam quod quinq; requiruntur ad relationem realem. Primum est quod sit alicuius rei existentis extra animam, quia non entis non potest esse realis relatio. Referri enim realiter supponit vel sicutem coexigit esse reale. Secundum est, quod refertur sit ratio fundamentalis quare referatur sicut in motu in quantum motus est aliquid scilicet potentia actionis in qua fundatur respectus eius ad mobile, & propter defectum istius conditionis intellectus in quantum hunc modi non refertur ad intelligentem, quia intellectum in quantum intellectum denominatur ab actu intelligendi, qui nihil secundum rem ponit in intellectu, sed solum in intelligenti. & haec duo sumuntur ex parte subjecti. Tertium est quod terminus ad quem est relatio sit res, quia ad nihil non est relatio realis. Quartum est, quod sit diuersum realiter a suo correlativo, quia eiusdem ad seipsum non est relatio realis. Cum enim ratio relationis sit esse ad aliud si non est aliud realiter, non erit relatio realis, & duo ultima sumuntur ex parte termini. Quintum est quod requiratur quod extrema sunt eiusdem ordinis, sicut sic exponunt. Videlicet quod vel ambo sunt extra genus, ut paternitas & filiatio in diuinis, vel quod verumque sit in genero ita quod si una relatio sit species determinata & limitata in genere relationis, alia sit in eodem genere ex opposito tibi proportionaliter respondens. Et quia istud deficit in relatione dei ad creaturam, quia relatio creaturae ad deum est limitata ad certum genus & ad certam speciem, relatio vero dei ad creaturam non sic, immo per unum & idem re quod est illimitatum ad genus & ad speciem, refertur ad omnia ad quae natum referri, & secundum omnem modum quo natus est referri. Ideo Deus non refertur realiter ad creaturam, licet creatura referatur realiter ad Deum.

7 Hæc autem opinio deficit in multis. Primum in hoc ponit quique requiri ad hoc quod relatio sit realis, quia hæc quinque aut requiruntur ad realitatem relationis, ut causa, aut non, vel aliqua sic, aliqua non, non potest dici quod omnia requirantur ut causa, quia vel quilibet eorum est causa secundum se in alio et in alio genere causa, quod esse non potest, præceps hæc sunt quinq; & tam non sunt nisi quatuor genera causarum, vel oes concurredit ad unum genus causa, quod limititer non potest esse, quia non omnia illa quinq; habent eandem habitudinem ad relationem ut de se patet, quod tamen oportet si concurredit ad unum genus causarum, vel quod eorum concurredit ad aliud genus causa, puta duo prima, que se tenent ex parte subiecti. Et alia concurrent ad aliud genus causa, puta tertium & quartum, quæ se tenent ex parte termini, quod etiam esse non potest, quia terminus relationis, que est opposita relatio non potest habere aliquam causalitatem, super alia relationem sibi ex opposito respondentem, quia quilibet habet eandem causalitatem super alia cetera, cum quilibet sit terminus alterius, & esset circulatio quod est inconveniens in causis eiusdem rationis. Oportet ergo quod quædam causa, & quedam non. Et tunc illa quæ sunt causa debuerunt assignari, alia vero non, aut quod nullum eorum sit causa, & tunc non est in aliquo responsum ad questionem quæ ritur a quo habet relatio quod sit realis. Specialiter autem quod illud quintum requiratur ad realitatem relationis, scilicet ex extrema sunt eiusdem ordinis exponendo sicut exponunt, non videtur verum. Peinam quia ipsum dictum videtur sibi ipsi repugnare. Dicunt enim quod creatura refertur realiter ad Deum, sed confit quod extrema istius relationis non sunt eiusdem ordinis, ergo esse eiusdem ordinis nihil facit ad realitatem relationis.

8 Si dicatur quod esse eiusdem ordinis non requiratur ad realitatem relationis, sed ad hoc quod hinc & inde sit mutua realis relatio in utroque extremorum. Non valet primo, quia nos solum querimus quid est causa realis relationis. & patet quod esse eiusdem ordinis non facit ad hoc ut videtur verum. Peinam quia ipsum dictum videtur sibi ipsi repugnare. Dicunt enim quod creatura refertur realiter ad Deum, sed confit quod extrema istius relationis non sunt eiusdem ordinis, ergo esse eiusdem ordinis nihil facit ad realitatem relationis.

Sancto Porciano

lationis sit in utroque extremo, posita enim sufficiente causa ponitur effectus. Cum ergo identitas ordinis nihil faciat ad realitatem relationis (quia sine ea inuenitur realis relatio) videtur quod positus in utroque extremo causis qui sufficiunt ad realitatem relationis absque identitate ordinis ut dictum est debeat in utroque realis relatio ponai. Sed omnia que ponuntur requiri ad realitatem relationis sunt in relatione Dei ad creaturam, sicut in relatione creature ad Deum ut patet in illis quatuor que prius posita sunt, ergo non obstante diversitate ordinis inter deum & creaturam ex utroque parte debet esse realis relatio, quia sicut identitas ordinis nihil facit ad realitatem relationis, sic nihil facit ad hoc ut sit mutua realitas. Tertio quia ratio que assignatur de diversitate ordinis inter deum & creaturam non est sufficiens, dicitur enim quod quia amba relations non sunt limitata ad genus & speciem, vel amba illimitata, sed una est limitata illa scilicet, quæ est creatura, ut deum, alia vero illimitata scilicet illa quæ est Deus ad creaturam, ideo illa quæ est limitata est relatio secundum rationem, illa vero quæ est illimitata est relatio secundum rationem.

9 Istud enim non videtur conuenienter dictum, quia esse limitatum & illimitatum potest facere quod ea quibus haec conuenient non dicuntur vniuerso, sed non potest facere quod differant sicut res & ratio. Verbi gratia, sapientia illimitata quæ est sapientia diuina, & sapientia limitata quæ est sapientia creata non dicuntur vniuerso, sed tam non differunt sicut res & ratio, immo sicut sapientia creata est realis sapientia, sic immo verius sapientia diuina est realis sapientia. Similiter in proposito relatio de illimitata, & relatio creature limitata non dicuntur vniuerso, sed propter hoc ut videtur, non differunt ut res & ratio, immo sicut relatio creata est realis relatio, si & verius relatio diuina erit realis relatio, quia illimitata.

10 P R O P T E R hoc dicendum est aliter, quod relatio potest accipi dupliciter, ut patet ex precedente questione, videlicet pro reali respectu existente in rerum natura, & consequente ad suum fundamentum per se vel per accidentem, vel pro reali denominatione sumpta ex pluribus. Accipiendo primo modo relationem videlicet pro respectu consequente ad suum fundamentum per se, vel per accidentem, si loquamus de respectu consequente per se ad fundamentum realitas talis respectus est totaliter & preceps a realitate fundamenti seu a causa fundamenti, vocatur autem hic fundamentum reale, quando relatum ex natura alicuius existens in ipso coexigit aliud; ut hæc ratio communis est deo & creaturam. Sed in hoc est differentia, quia in creaturis in quibus sunt fundamenta distincta relationum oppositari, talis coextinguitur est propter dependentiæ fundamenti ad fundamentum, sicut esse in alio in creaturis, in quibus iste modus essendi est realis, requirit fundamentum dependens ad aliud ut in quo, sed in diuini in quibus est unum fundamentum relationum oppositari, talis coextinguitur non est propter dependentiæ, sed propter secunditatem fundamenti, realitas autem accidentalis est ex realitate extremonrum cum reali concursum eorum.

11 Ex hoc ad propositum dicendum est quod accipiendo relationem primo modo Deus non refertur ad creaturam realiter, sed accipiendo secundo modo, scilicet pro reali denominatione sumpta ex pluribus Deus refertur realiter ad creaturam ex tempore, ut cum dicitur dominus vel creator, aut creans. Primum patet, quia realis respectus consequens fundamentum per se simul est cum fundamento suo, sicut esse in alio simul est duratione cum natura accidentis, sed illud quod est simul cum natura diuina est ab eterno & non ex tempore, ergo nihil dictum de deo ex tempore potest esse realis respectus per se consequens ad natum diuinam.

12 Item patet de respectu accidentaliter adueniente, quia talis respectus dicit nouum modum essendi, sicut patet de eo quod est tangi vel tangere & de consummibus, sed Deo nullus modus essendi potest aduenire, ergo nec talis accidentalis respectus. Verumque istorum potest probari commun ratione sic, quicquid est in Deo realiter non est esse, sed illud quod conuenit Deo ex tempore, non est necesse esse, quia iam non esset ex tempore, ergo nihil tale est in Deo realiter. Secundum patet quia cum creatura

tura sit à deo, sicut à causa producente, & conseruante, & regente, deus potest denominari nō solum secundum ea que cōpetunt ei **absolutē**, sed etiā secundum ea que cōpetunt ei in habitudine ad creaturā, quia creatura est ex tempore, ideo talis denominatio cōpetit deo ex tempore ut cū dicitur creator vel creans quum de nihilo alia producit, vel quum dicitur dominus, qui p̄ficit creaturā, & illa ūbet, & iste denominations rēp̄tēt sunt quādā reales appellationes sumptas ex pluribus rebus, sed non sunt reales rēp̄tēt existentes in deo, & p̄dīctēt denominations respectiū magis videntur pertinere ad p̄dīctēt actionis quam relationis.

13 A.D. PR̄imum argumentum dicendum q̄ circumscriptio omni actu rationis Deus est creator, & Dominus, nec ista nomina dicunt relationem rationis, sed denominatiōnēm actionis extrinsecus aduenientē que est realis, sicut & illud extrinsecus adueniens vnde oritur.

14 Ad secundum dicendum q̄ denominatio respectiva Dei ad creaturā est realis, quia habet reale fundamen- tum & reale extre-um, sed in Deo nullus est realis respe-ctus per comparationem ad creaturam.

15 Ad tertium dicendum q̄ nos non negamus quin Deo conueniat realis denominatio respectiū sumptā ex pluribus, talis enim potest aduenire alicui fine eius mutatione, & cōpositiōne, sicut patet de similitudine & ēqualitate: & de his est verum dictum Aristotelis, s. phystorū, sed realis respectus per se consequens fundatum suū non potest de nouo alicui aduenire sine eius mutatione, nec respectus accidentalis aduenit de nouo alicui, quin ponat in eo nouum modum extēndi, & propter hoc nullus p̄dīctorum respectuum potest Deo conuenire ex tempore.

DISTINCTIO XXXI.

Sententia in generali & speciali.

P R E T E R A considerari oportet. Superius determinauit Magister de proprietate personarum: nunc determinat de appropriatis. Et diuiditur in duas partes. Primo enim determinat de appropriatis personarum. Secundō inquirit quomodo secundum appropriationem personae adiuniciū comparantur. Secunda pars incipit in principio trigesimæ secundi distinctionis. Hic oritur quarto. Prima diuiditur in tres. Primo determinat quo-rundam nominum significatiōnes, quæ personis diuinis appropriantur. Secundo assignat appropriate secundum Hilarium. Tertio secundum Augustinum. Secunda ibi, Hic nō est pr̄termittendum. Tertia ibi, Illud autem scribi oportet. Prima pars diuiditur in tres. Primo inquirit de significatiōne huius nominis ēqualitas. Secundo de simili & similitudine. Terrio ex dictis approbat quo-rundam sententiā. Secunda ibi, Hic etiam dicimus de simili. Tertia ibi, Vnde quibūdā. Secunda pars principalis in qua ponit appropriationem Hilarii diuiditur in duas. Primo enim ponit appropriationem Hilarii cum expositione Augustini. Secundo respondet ad p̄missā. Tertia pars prin-cipalis in qua ponit appropriationem Augustini diuiditur in duas. Primo enim proponit eam. Secundo ponit appropriationis rationē. Secunda ibi, Sed plurimos mos uer. Hic est sententia in generali. In speciali sic procedit & inquirit primo, Vtrū hoc nomen ēquale substantiā an relationē dicat in diuinis. Secunda inquirit vtrū ēqua-litas secundum essentiā, an relationē attendatur. Tertio inquirit quae sit ipsa ēqualitas. Ad primum respondet q̄ ēquale relative dicitur, nihil enim sibi ipse est ēquale. Ad secundum respondet quod ēqualitas est quādā relatiō secundum nōmē solum. Realis enim qualitas in diuinis est iden-titas unitatis. Postea dicit quid idem est de simili, quia relative dicitur secundum nōmen, similitudo autem secundum essentiā unitatem attendit. Postea autem approbat ex his opinionē quo-rundam dicentium q̄ simile & ēquale, non positiū, sed negatiū dicuntur in diuinis, ēqualitas enim excludit magnitudinem differētēm. Similitudo vēdō diversitatē. Postea ponit appro-priationem Hilarii, dicens quod Hilarius eternitatem ap propriat patri, speciem filio, vñm spiritu sancto, quam Augustinus exponēt dicit eternitatem appropriat patri, quia eternitas priuat principium, & ideo conuenit patri,

quia innascibilis est. Filium vēdō vocat ī imaginē cui attribuit speciem & pulchritudinem propter perfectam & proportionatam patris repräsentationem cum summa ēqualitate & similitudine, spiritum sanctum vocat vñm, ab ipso enim ad nostram utilitatem omnia nobis infunduntur. Postea responderat ad quoddam dubium posset enim aliquis credere quod Hilarius in verbis p̄dīctis propriates personales expressit. Vnde determinat quod non, videtur tamen quod nomine eternitatis dedisset intellectum innascibilitatis. Subdit etiam quod secundum Hilarium licet pater sit ēquale filio, & econuerso, tamen dicit quod filius ēquatur patri, & per originem tendit in patris ēqualitatem, & non econuerso. Postea ponit applicationes Augustini quod patri vñtas appropriatur filio, ēqualitas spiritui sancto, vtriusq; concordia. Postea declarat, & primo quo modo vñtas appropriatur patri, h̄c etenim omnes personæ propter naturā vñtatem, & cōformitatem voluntatis possint dici vñm, quia tamen non habet principium à quo sit, appropriatur patri qui est sūne principio, vbi etiam subdit pater & filius & sp̄. san-dicuntur esse vñm principium. vnde & vñs dominus, ēqualitas vēdō appropriatur filio in quo primo inueni-tur ēqualitas in diuinis, spiritus sanctus autem appropria-tur concordia, quia ipse procedit in diuinis, vt amor et dā lectio. Hac est sententia, &c.

Q Y A E S T I O P R I M A .
Vtrū ēqualitas in diuinis sit relatiō realis.*Thom. I. q. 2. ar. 2. ad. 5.*

C irca distinctionem istam queritur de duobus. Primum est de ēqualitate diuinarum personarum. Secundum est de appropriatione que sit in diuinis. Quādā diuinum ad primum sic procedit. Et videtur q̄ ēqualitas in diuinis relatiō sit realis, quia illæ relations quæ sic se habent quod earum est idem fundamentum & eadem extrema si una est realis & alia, sed relations originis habent idem fundamentum & eadem extrema cum relatio-ne ēqualitas (vtrobiq; enim est essentia diuina funda-mentum, & personæ diuinæ sunt extrema) ergo cum relations originis sint reales, videtur quod relatio ēquali-tatis sit realis.

2 Item sicut perfectio diuinæ essentie requiri q̄ ipsa à patre communetur filio, ita requirit q̄ sit eadem in pa-tre & filio, sed propter primum pater realiter referunt ad filium relatione originis, quia scilicet habet essentiā à pa-tre, ergo propter secundum pater debet realiter referri ad filium relatione ēqualitatis, quia filius habet eandem essentiā cum patre.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia si ēqua-litas in diuinis est realis relatio, tunc in diuinis est plures relations reales quam quatuor, hoc autem est inconveniens, ergo &c.

4 R E S P O N S I O . Hic est triplex modus dicendā concors in conclusione hac quod ēqualitas in diuinis est solum relatio rationē, sed differens in modo probandi. Primus modus talis est, relationē quēdam sunt similiūm nominū, sicut illæ que fundantur super vñm pro idem simile & ēquale. Quēdam dissimiliūm & hac sunt in tri-plici differentia: quia quēdam fundantur super numerū, vt duplū, subduplū, quādā super actionem & passiō-nem vt pater & filius, quēdam autē referuntur vt mensu-ra & mensurati, & ha relations dissimiliū nominū pro-portionaliter se habent ad illas que sunt similiūm nomi-nū & econuerlo: ita q̄ sicut sunt duo modi reales relatio-nū dissimiliū nominū, scilicet illarum que fundantur su-per numerū, & illarum que fundantur super actionem & passiō-nem: tertius autem modus relationē est secundum rationē: scilicet mensura ad mensurable, sic in re-lationibus similiū nominū duo modi sunt reales in creaturis dūtataxat, scilicet ēqualitas & similitudo. Tertius autem est secundum rationē, scilicet identitas. Tunc dicunt isti vtriusq; sicut qualitas & quantitas in diuinis transiunt in substantiā, sic relationes fundantur su-per quantitatem, vt ēqualitas, & super qualitatem, vt si-militudo transiunt in relationē fundatam in superflū-stantiam